



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

De Cyrillo Diacono Et Martyre. Ex hist. Ecclesiast. Theodoreti lib. 3. cap. 6.
Inuicto animo, Certamen exegit. Anno Incarnati verbi 362. Liberij Pap. 11.
Iuliani Apostatæ, Imp. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

1086 DE SS. MART. PRISC. MALCHO &c.
Cæsareæ Palestinæ bestiarum rictibus, velut præ-
dæ obiectati, diuino & cælesti martyrio, non sine
maxima commendatione decorati fuerunt. Quo-
rum vnus Priscus vocabatur, alter Malchus: tertio
nomen erat Alexander. Fertur verò istos ruri de-
gentes, primum seipos, tanquam inertes & desi-
des probris affecisse, quòd cum temporis oppor-
tunitas, præmium vitæ æternæ his qui cælesti eius
desiderio gliscebant, dispertire videretur, ipsi præ-
negligentia quadam & segnitie, martyrij coronâ
non præripuissent. Deindè cum inter se ita deli-
berassent, absque mora Cæsaream versus ire per-
gunt, ex templò proficiscuntur ad iudicem, & e-
ius vitæ exitum, qui suprà demonstratus est, asse-
quuntur.

Offerunt se
Iudici.

DE CYRILLO DIACONO ET MAR-
tyre. Ex hist. Ecclesiast. Theodoret. lib. 3. cap. 6. Inui-
cto animo, Certamen exegit. Anno Incarnati
verbi 362. Liberij Pap. 11. Iuliani
Apostate, Imp. 2.

29. Martij.

Sub Iuliano,
vt fauerint
gentiles, in
Christianos

Immanis
crudelitas.

Imitetur id
nostri tēpo-
ris hæretici.

QUæ maleficia hi, qui falso simulachrorum
cultu tenebatur obstricti, id temporis (sub
Iuliano Apostata) admiserint, quâquâ per-
multa sunt, & opus separatim postulant, ego ta-
men pauca ex multis sumam mihi ad commemo-
randum. Ascaloni & Gaza (quæ sunt vrbes Pale-
stinæ) primùm, virorum sacerdotij dignitate ex-
ornatorum, & mulierum perpetuam virginitatē
professarum ventres discindunt, deindè farciunt
hordeo: ad extremum eos porcis ad deuorandum
objiciunt.
Sebastæ item, quæ est vrbs, ditioni gentis de qua
suprà dixi subiecta, Iohannis Baptistæ tumulum
aperiunt, ossa tradunt igni absumenda, & eor-
um

rum cineres passim dispergunt. Scelus autem ab illis in Phœnicia patratū, quis est quæso qui sine lachrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, quæ est vrbs Libano finitima, execrabiles isti gentiles, recordati facinoris Cyrilli diaconi, qui regnante Constantino, diuino quodam zelo accensus, multa simulacra, quæ in ea vrbe colebantur, confregerat, non modò eum interfecerunt, verumetiam dissecto ventre, iecur eius degustare non sunt veriti. Verùm Deū omnia contemplantem hoc celare non poterant, sed debitas sui maleficij pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sunt, primùm amiserunt dentes, qui pariter omnes ad vnum excidebant; deinde linguas perdiderunt, quæ putredine tabefactæ, ex ore effluebant; postremò oculis orbatifunt; quorum calamitacibus, verè pietatis vis clarè prædicata est.

Cyrilli diaconi horreda cædes.

Vltio celestis.

VITA ET CERTAMEN SS. ARMOGASTIS

*et Saturi, ex lib. 1. Victor. Vticenf. de persecutio-
ne VVandalica. Certarunt pro fide Orthodoxa. An.*

Incar. verbi 456. Leon. Pap. 17. Marciani

Imper. 7. Extat apud Reuer. P.

Laur. Surium.

Vide Caf. Bar. Annal. tom. 6. & not in Mar. Rom.

Quo tempore Geisericus rex VVandalorū, 29. Martij, impijs antistitum suorum persuasus consilijs, in aula sua, filiorūque suorū, nō nisi Arianorū ministerijs vti decreuit, inter alios ventū est tunc ad Armogastem, Orthodoxæ fidei confessione insignem. Cuius, cum diu ac sæpius tibias torquendo, tumentibus confringerent chordis, frontemque, Christi crucis signatam vexillo, mugientibus comprimerent neruis, vincula ipsa, haud

Acerbi Armogastis cruciatus.